

OBSER.

ctu, qui est, quod à morbo isto graui, sanitati restitutus, ludibrium inimicorum suorum euasit. Admonemur ergo hinc quomodo beneuolentiam erga nos Dei ex ipsius beneficijs agnoscere debeamus, & in fiducia perpetuæ salutis per illam corroborari.

Vers. 12.

*Et ego in integritate mea.* Hic versus initio est obscuro, unde & variè exponi potest.

1. *Vt legamus, Et ego in simplicitate, vel integritate mea stabiluisti me.* Hoc est: Quamuis interitum meum optauerint ac sperauerint inimici mei, tu tamen in hac me integritate & innocentia sustentasti & conseruasti.

2. *Et ego in integritate mea:* id est, propter integritatem meam, ut a sit pro *בְּעֵבֶר*, stabilies me, & consilere me facies, &c.

3. *Et ego in integritate mea:* hoc est, At ego adhuc persisto, adhuc sum integer & incolumis, ut ut malum sint de me loquuti ac meditati inimici mei.

Observandum hinc est, tum demum rectè nobis persuaderi, quod diuinitus adiuti persistamus, quando integritatem seruamus.

## QUARTA PARS.

13. *Benedictus Dominus Deus Israël, à seculo & usq; ad seculum: Amen, amen.*

EXPLA.  
NATIO.

Hoc versu adiecto laudis sacrificio, Psalmum concludit: quò scilicet omnia tendere debent, quæ vel Deus nobiscum, vel nos cum Deo egerimus. Nam id vnicum est, quo coli à nobis potest.

*Amen, amen.* Ingeminatio huius dictionis, animi feruorem & desiderium ingens gloriæ Dei exprimit: quæ dictio assensum, votum & acclamationem piorum ad laudem Dei continet, cuius & A. postolus 1. Corinth. 14. meminit: Quomodo dicet amen, inquit, ad tuam gratiarum actionem?

## PSALMVS XLII.

## ARGVMENTVM PSALMI.

**M**olestiam animi sui, gemitus & suspiria ad sacrarum & cætum Dei quibus in exilio laborauerit, & quid ludibrio ab impijs passus, deinde qua fiducia erga Deum animam suam solatus sit, isto Psalmo Propheta declarat.

## TITVLVS.

Benedictio filiorum Korah.

Quàm simplicissimè intelligo Psalmum hunc à Dauide compositum, filijs Korah, quos ad ministerium psallendi cum reliquis presectos legimus, ad hoc datum esse, ut illum populo precinerent. Alij intelligunt eos Psalmos qui filijs Korah adscribuntur, ab illis quoq; factos esse, qua in re non puto anxie sudandum esse, modo consent ea que per illos ductu spiritus Dei proponuntur, illaq; probè teneantur. De filijs ac posteris Korah, vide Numeri 26. Item 1. Paralipon 6.

VERS. I.



*QUEMADMODVM glocitat cerua ad riuos aquarum, ita glocitabat anima mea ad te Deus.*

Quoniam affectus huius Psalmi inter se confusi sunt, sequar in exponendo ordinem versuum, sine vlla Psalmi diuisione.

LECTIO

Vers. 1.

*Glocitat.* Ebr. *הִרְרָה*. Græc. & vulg Lat. *Desiderat.* Hieron. *Sicut areola preparata ad irrigationes aquarum.* Iustin. *Sicut ceruus rugiet.* Felix: *Quemadmodum ceruus vociferat.* Tigur. *Vt cerua mugit.* Est autem ex forma verbi *הִרְרָה* videre, legendum esse *Cerua*, non *Ceruus*.

EXPLA.  
NATIO.

*Quemadmodum glocitat.* Quàm feruenti desiderio fuerit in exilio constitutus erga eum locum, in quo & conueniebat populus Dei, & coram Deo orando, sacrificando, laudandoque illius beneficentiam apparebat, similitudine ceruæ vel ex canum insectatione, vel propter deuoratum serpentem exæstantis, & ad profluentem vndam anhelantis, hoc primo versu exprimit. Huc pertinet & secundus versus.

2. *Sitiebat anima mea ad Deum, ad Deum viuum (ac dicebat) quando veniam, & videbo faciem Dei.*

Lectio conuenit.

Vocat *Dium viuum*: id est verum, vnicum & omnipotentem. *Quando veniam?* Occultè innuit se ea esse fiducia, ut speret se aliquando copiam habiturum visendi Deum, ut ut tunc viderentur omnia deplorata. Non dicit, *Nunquam videbo*: sed, *Quando videbo faciem Dei?* Intelligit autem arcam Dei, super quam Deus habitationem suam in medio populi promiserat. Propter hanc promissionem Dei arca vocabatur Deus ipse, ut habes Num. 10: Cumque arca eleuaretur, dicebat Moyses: *Surge Domine, & dissipentur inimici tui.* Item, cum deponeretur, aiebat: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël.*

3. *Erant mihi lachryma mea pro cibo die ac nocte, cum diceretur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?*

4. *Hæc recordabar, & effundebam in me ipso animam meam, quomodo transferim aliquando, cum ingenti turba deducerer cum illis, usq; ad domum Dei, in voce exultationis & laudis, copia magna populi festum agentis.*

LECTIO

Vers. 4.

*Quomodo transferim.* Græc. & vulg Lat. Quoniam transibo ad locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domum Dei, in voce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Græc. *ἡχοὶ ἰορτάσου* id est, *Sonitum festum agentis.* Hieron. *Multitudinis festa celebrantis.* Iustin. *Tumultus festa celebrantis.* Pagn. *Multitudo triquilians.*

His ver.

His verbis  
piss. ubi st. nanc  
cojci pijs in a  
quentur, quo a  
lo Israele in ciu  
uoluisse com  
6. Cur dep  
pauam ad  
Per apostro  
poblat cum a  
rum melioru  
illolm pro re  
6. Deus me  
Jordanis & H  
Mod. De mon  
Hoc versu ac  
similq; mærori  
ntis Hermoni  
de turbatum. V  
7. Abyssus  
na & fluctu  
Inundationes tu  
De multitudi  
m fluctibus com  
abyssu abyssum ac  
necredente pri  
Germani: Es br  
8. Die man  
tu ad Deum v  
Memorat hic  
dem expertus si  
per diem inter est  
obliuisci poterat.  
9. Dicebam  
fugor ab inimi  
herum ad que  
ni inquit, ad De  
10. In ista gla  
ne singulis die  
11. Quare dep  
quoniam adhu  
In ista gladij. E  
ni interfecerent in of

De Psalmus ad  
Iadem tractat q  
qua liberatione  
tum superiore Ps  
Ex his patet, qua  
tu ad Deum. altera

V  
de  
Hi  
Hoc versu trans  
mon sanctam ac bo